

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Superbia s  
cum uariis

Aliquando minus est in corrupcionem cadere quam cogitacione tacita deliberata elacione peccare. Sed cum minus turpis superbia creditur, minus uitatur. Luxuriam uero eo magis erubescunt homines quo simul omnes turpem nouerunt, unde fit plerumque ut nonnulli post superbiam in luxuriam corruentes ex aperto casu malum culpe latentis erubescant; et tunc eciam maiora corrigant cum prostrati in minimis grauius confunduntur.

Gregorius XXXIII. moralibus.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

nouerunt] nouerint P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; erubescant] erubescunt C